

DEO OPT. MAX. UNI ET TRINO, VIRGINI DEIPARÆ, ET SANCTO LUCÆ ORTHODOXORUM MEDICORUM PATRONO.

# QUÆSTIO MEDICA

## QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS MANE DISCUTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORUM, DIE JOVIS XVIII. JANUARI.

M. CLAUDIO BIENDISANT Doctore Medico, Præfide.

*An pleuritiidæ saphena sectio?*

**P**LEURITIS morbus est inter acutos non minus frequens quam periculosus; huic, ut plitribusialis, ab affectâ parte inditum nomen; quare habitâ gravissimi illius symptomatis ratione *ἄστυα τῆς πλευρῆς* appellatur. Dissidentium inter se auctorum is est consensus, ut pro sphyrticâ tunice costas succingentis inflammatione habeatur: rheumatis *ῥευματισμῶς* soboles est, præsertim si accesserint humoris organus, partis valde expellentis robur, & dolentis attractio. Organum pariter feritas humoris substantiâ tenuis, qualitate acris atque maligni, temperamento aut corruptione calidi, dum is vel à partibus inferioribus ad superiores facit anadromem, vel à superioribus ad inferiores habet apothemum, tuncque nascitur rheuma *ῥευματισμῶς*, cuius nomine materiæ in parte affectâ collectionem intelligo. Hinc qui vel ex nativâ constitutione, victûs ratione, vitæ instituto, aut climatum, in quibus versantur, variâ temperie, corpus nacti sunt ejusmodi humoris copiâ repletum, cæteris omnibus pleuritiidæ magis censentur obnoxii.

**U**T convenienti partium spirabilium dispositione integrum liberæ respirationis munus servatur; sic læditur manifestè, dum illam immutari contingit. Cerebra & velox cum stertore sine febre spiratio ab intercepto spiritûs comœtu asthmatis argumentum est. Tabæ exarscentis pulmonis aut diaphoræ putrescentis substantia, parvam & frequentem cum febriculâ accerit in phthisi. Ampla & brevis gravissimæ febrî conjuncta peripneumoniam comitatur. Difficilis & laboriosa punctoriâ, doloris acerbitate stipata, designat pleuritidem: genuinam faciliè à nothâ distingues, si doloris proprietatem, situm, & ægrotantis decubitum contempleris; illa, prout jugulum molesto sensu percellit, superior dicitur, & intercostalis, frequentior in dextro, in sinistro latere deterior, pessima ac ferè exitialis, quâ horrore concutitur corpus; prout ad hypochondrium vergit, inferior; mammariâ, dum propagatur ad mammas, ut, quæ thoracem summis cruciatis exercet, thoracica. Faustis quandoque hæc ægrotantium rebus abit in spuriam levi fove aut blandâ purgatione superandam, maximè si primigenia fuerit non succedanea: nunc paulo altius ad dorsum serpente materiâ morbificâ robore eum tingendo, costas insidendo livore valde calamitosa; rarò tamen Epidemicam dixeris aut pestilentem, cum à peculiari acris constitutione caecâ quâdam malignitate affecti sepiùs non proficiatur, sed à solo sanguine bilioso, tenui, spumante, *ἴσχυρος ἰσχυρῶς*, rarò pituitoso aut melancholico originem ducat.

**N**ISI Medicus affectam partem investiget accuratùs, & humoris morbifici perscrutetur naturam, symptomatum planè simillimum concursu tam subdole pleuritidem ementuntur affectus quidam, ut ex inflammatione lateris falsò pleuriticum crediderit, qui obfesa tandemque evictâ phlegmone pulmonum aut hepatis substantiâ præsentibus adhuc dolentis pleuræ indicis verè peripneumoniam aut hepaticam occumbit. Signa utriusque morbo assidentia exploranti res innotescent; pulsus mollior, res magnitudinè conjuncta, febris intensior, major respirandi difficultas, sitis in exhausta, genarum insolitus rubor, toti gravitatis sensus thoraci incumbens certa sunt peripneumoniam argumenta. Præsentem tunc hepatis inflammationem tentatur, ubi, præter aliqua ex supra dictis, dolore sensum calet hypochondrium, frequenti concutitur singulru ventriculus, agitatur nausæ, vomitus subvertitur. At verò pleuriticum dixerit cui magna graviorum symptomatum caterva perpetuò circumfudit: febris assidua, acuta, & vehemens lethale cordi bellum indicit, quæ juxta tertianæ typum alternis diebus accerit incandescit; punctoriâ lateris dolore indelinentèr cruciatur æger, undè in alterutrum decubitus permolestus, in agrum tolerabilior, in dorsum facilis; quamvis ille noctu ut plurimum exasperetur, repetita *κατὰ τὴν* è partibus superioribus venæ sectione etiam, cuentis sputis apparentibus mitescit, ut purgatione vel mediocri incautè exhibitâ exacerbatur. Durus est pulsus, celeritèr, frequentèr, & inæqualitèr serræ in modum arteriam exhibens. Inanis & sicca vitis primis diebus pulmones frustra exagitat, paulo post humidior evasit, si felicem morbus exitum sit habiturus. Urget plurimùm respirandi difficultas brevi orthopnoeâ & stertore præfocatura ægrotantem nisi è vicinioribus venis nunquam satis commendanda epaphereis periculum avertat.

**S**IC suis exploratæ notis pleuritiidæ multiplices sunt solutionis modi, insidâ nonnunquam doloris mitigati specie in peripneumoniam degenerat, ubi non modò prioris morbi mutatione, verùm novi & quidèr gravioris accessione periculum augetur; cæteris diffuta vomica & in thoracis capacitate effuso pure in empyema cæssit, undè major periculi metus impendit, quam rem assidua salus spes, tùm nisi *ἄστυα τῆς πλευρῆς* & *ἄστυα τῆς πλευρῆς* noxius ille humor per os educatur, vel totus abradentis & cum dolore stillantis urinæ sequatur excretionem, aut alvo copiosè proruptâ evacuetur, sensim bibulam & spongiosam subeundo pulmonum substantiam phthisim inducit immedicabilem: quibus omnibus feliciter obviam ibit peritus Medicus, qui primis sevientis morbi temporibus reclusis artuum superiorum rivulis se in mittendo sanguine audacem præstitit: hinc non illis temerè credendum, qui post habitâ venarum cubiti sectione fluentis aut mox fluxuri ad partem affectam humoris impetum sistere admotis alstringentibus, vel jam fluxum sudorificorum aut resolventium ope discutere palam contendunt: rejicienda paritèr quæcumque occidâ jvare proprietate nonnullis probantur; at præ cæteris audiendi, qui convenienti victûs ratione institutâ, frequentibechchorum præsidiorum usû, ac venæ sectione multiplici, materiæ pleuritice evacuationi per anacatharim censent incumbendum.

**T**UTISSIMA quippè pleuriticorum ad salutem via est anacatharsis, soli nonnunquam validæ committenda naturæ constanti, aliis pro variâ peccantis humoris indole juvanda remediis, utcumquè autem contigerit, non minus utilis quam optanda. Dum irritam reddit thoracis concussionem viscidè humoris contumacia peregrini actione caloris deultis, vel ejusdem viscerum stertore colliquati nimia tenuitas expellentis spiritus vices eludit, nullâ tunc interpositâ morâ propiorem dolenti lateri canalem refert, undè pro virium robore multoties eductus sanguis, attemperato, ut decet, incendio, crassos incidendo, incrassando *ἄστυα τῆς πλευρῆς* idoneos reddit ad facilem, citam, & securam exclusionem, quæ summo ægrotum commodo eò liberalior futura est, quò major extiterit partis affectæ laxitas, libertas meatuum, ipsaque naturæ sui quodammodo juris reddidit fortior contentio. Sive vel ipæ materiæ pleuritice conditione, affectæ partis naturâ, aut peculiari ægrotantis constitutione incertus morbi exitus quò videatur longius protrahi, cave, ne relicti grandioribus cubiti venis, imperitæ multitudinis votis auscultando, vel in quorundam Medicorum *ἄστυα τῆς πλευρῆς* verba jurando, ad eam que ad malleolum excurrit, incidendam confugas; sic quippè non modò de causâ morbificâ nihil detrahas, febrile incendium minimè compescas, majorum vasorum plentudini non prospicies, inordinatum organum concitati humoris ad thoracicas partes ruentis impetum nequiquam sedabis, vel tandem ab his (quod summum mox causâ morbificâ nihil detrahas, febrile incendium minimè compescas, majorum vasorum plentudini non prospicies, inordinatum organum concitati humoris ad thoracicas partes ruentis impetum nequiquam sedabis, vel tandem ab his (quod summum mentum est) quidquam revelles; verùm effices, ut ortum inde periculosum alvi profluvium maxima virium sequatur exolutio, in quarum robore posita est una pleuriticorum salus; tùm repentinò a cerebro in respiracionis organa novi humoris depluvio tanta nascitur respirandi difficultas, ut mox suppressa, quæ antè satis libera & liberalis, erat anacatharsis, unâ cum virium opprobriè molestem stertorem accerit gravissimâ stipatum orthopnoeâ interitum brevi nullo præsidiorum genere declinandum allaturâ.

*Non ergo pleuritiidæ saphena sectio.*

### DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Jacobus le Menestrel.  
M. Carolus Brisset.  
M. Nicolaus Rainssant.

M. Ioannes Grou.  
M. Petrus Pourret.  
M. Antonius de Catin.

M. Nicolaus Brayer.  
M. Jacobus Therant.  
M. Philibertus Morisset.



Proponebat Lutetiæ FRANCISCUS AFFORTY, Parisiensis, A. R. S. H. MDCLXXIV.